

hilominus illa intelligenda est virtualiter adhibita: Eius enim intentio fuit secundum legis iuramentum præcipientis obligationem procedere; cumque lex non plus obliget, quam diximus, non refultat amplior obligatio; quemadmodum si quis promitteret absolute statuta servare, non remaneret obligatus, nisi ad edicta, non autem ad edenda, ut cum Syluestro, Angelo, Panormitano, & Antonio docet P. Suarez supra n. 11. & cum sequens P. Vincentius Tancredi de Religione tract. 4. lib. 2. Disput. 15. num. 1. & 4. qui pro priori doctrina de statutis vlti non receptis alios adducit num. 5. Pro quo & facit iuramentum Medicorum de non visitandis ægrotis ultra tertium diem iuxta Constitutionem Pij Quinti, nisi in scriptis habuerint fidem confessoriorum de facta confessione. Non enim obligat, nisi prout vlti receptum est. Et ita in multis locis cessat obligatio, ut de Sicilia testatur citatus Auctor & de Hispania Pater Palauus Tom. 3. Disput. 2. de obligatione, & firmitate iuramenti. Puncto 7. §. 4. n. 6. Pro quo & videndi P. Suarez Tom. 4. in 3. p. Disput. 35. sect. 3. num. 5. & Pater Thomas Sancius lib. 3. Summæ Cap. 16. num. 10.

Si iuramentum Medicorum.

Assertio 2. Esculentia & poculenta exigui pretij. Videantur dicta Tit. præced. 33. Modò ad probationem expendo legem §6. Tit. 5. lib. 1. Recop. In qua strictior est accipinedorù munerum prohibitio. Cum enim ibi sic dicatur: No pueden recibir por sí, ni por interpuesta persona, presente, ni dada una al-guna, de qualquier valor que sea. Ad esculentia, & poculenta progrediens, cum eo rigore non loquitur; sed sic statuit: Ni cosas de comer, ni beber, de con-cejo, ni de uniuersidad, ni de persona alguna, que tratare, o Versimilmente se espera que tratara pleito ante ellos. Vbi non extat ampliatio, quæ circa priora De qualquier valor que sea. Non ergo in illis parui valoris donationes prohibet, quæ & sine peccato aliquò videntur admitti posse, si non sinistro aliquo respectu, sed vrbanitatis gratiã recipiantur. Et doctrina ista circa paruitatem explicandam, per ea regulanda est, quæ dicta à nobis citato n. 13. Neque Togatos in hoc Proregibus ex æquãdo ex ibidem dictis constat. Esset autem grauis excessus, si tales conuiuio splendido exciperentur ab iis, à quibus accipere nequeunt: iam enim esculentia & poculenta non essent parui valoris. Nisi forte iter facientes, & qui excipiunt hospitio, tales sint, ut viris primariis iter agentibus tale soleant officium exhibere: & grauius ferrent illius repulsam, timentes ne parci, & inurbani ab aliis habeantur; vel tales reputari, qui non nisi vulgari aliquo vtilitatis respectu ad huiusmodi sumptus excitentur. Quamquam, & in hoc peccari grauius possit, si sumptus exorbitent, & ad ea se extendant, quæ ultra mensuram & alia consueta procedunt.

Quale conuiuium possint excipere.

Assertio 3. Circa eos, qui nondum possessionem acceperunt, problematica que sitio.

Tit. præced. n. 28. Pro negatiua autem vrget ratio, & finis legis, violandæ scilicet iustitiæ periculum: & quia tales post acceptos officij titulos communiter reputantur iudices, & iisdem honoribus excipiuntur. Et quidem verissime tales sunt ante adeptam possessionem, ratione cuius non accipiunt titulum, sed exercitium. Vnde hæc non est extensio odiosa legis, sed legitima interpretatio, ob casus, de quo loquimur, comprehensionem. Pro quo videri potest Dom Solorzanus Tom. 2. lib. 2. Cap. 18. num. 39. & seqq. & in Politicâ lib. 3. Cap. 20. pag. 385. col. 2. & P. Suarez lib. 5. de legibus Cap. 4. Vbi alios adducit, & hoc videtur verosimilius.

12 Dico quartò: Quod dictum est de licita acceptioe munerum titulo amicitia Tit. præced. num. 31. ita ampliari potest, aut potius explicari, ut licita sit, etiam si contracta ratione officij & illius exercitij. E.g. In lite aliqua quis victor exitit, & quia beneuolum in ea expertus est Auditorem, eum studuit obsequiis demereri, ex quo specialis amicitia successit: non iam in eo lucrolo respectu consistens, à quo habuit initium, seu potius occasionem, sed ex inclinatione cordium reciproca, cuius non debent esse iudices incapaces. Cum hoc accidit, munera licent, sicut & licita erit hæredis institutio: Ut autem iustitiã violata, in litibus, quæ fortè exurgunt, periculum euitetur, reculationis adest remedium, patienter propter amicitia vinculum toleranda. Præterquam quòd, si amicitia vera est, ea constante, nihil est ab amico iniustum requirendum, & ita neque iniqùe ferendum, si ab amico denegetur; qui tunc equidem poterit illum de postulata iniustitiã reddere certiorum. Pro quo est illustris Diui Ambrosij sententia lib. 3. Officiorum Cap. 15. Vbi ista scribit: Ea amicitia probabilis quæ honestatem tuetur; præferenda sanè opibus, honoribus, potestatibus; honestati verò non solet præferri, sed honestatem sequi. Videantur alia.

Assertio 4. Possunt ratione amicitia, contracte etiam ratione officij.

Quæ tamè nil iniustitiã fieri patitur.

Quæ probanda. D Ambrosius

13 Dico quintò: Quæ à Religiosis prædictis Dominis cum moderationis temperamento, nec violatis paupertatis legibus, offeruntur, licite accipere possunt. Est hoc conforme iis, quæ diximus Tit. præcedenti num. 36. sed hoc loco debuit amplius declarari. Possunt quidem accipere, quia in sic offerentibus, nequit sinister aliquis affectus, qui ad offerendum moueat, sicut in aliis, timeri: & ita ratio legis cessare videtur. Deinde accipere ab amicis possunt, iuxta dicta. Religiosi autem nomine possunt amicorum venire, qui præceptu Christi de amicabili dilectione perfectius ceteris student adimplere. Pro quo audiendus Calliodorus Libro de Amicitia §. 1. vbi ita loquitur: Refert Tullius vix tria, vel quatuor amicorum paria in tot retro seculis extitisse. Verum, vbi vox turturis audita est in terrâ nostrâ. Cantic. 2. v. 12. Vox annuntiantis pacem, annuntiantis amicitia veritatem, atque dicentis: Hoc est præceptum meum ut diligatis inimicem Ioan. 15. v. 12. Multa millia hominum amicitias contraxere veraces, diligentes se inimicem, honestius, verius, sanctius, prudentius, & fortius, quam Pilades, & Horestes. Hæc ille, & alia. Et quidem cum graue aliquid, quod ad quietem Conscientiæ pertineat, sæcularibus solet occurrere aut eorum animos curâ pungente solliciter, vbi lanioris, & prudentioris consilij adiutorium est opus,

Assertio 5. A Religiosis nec possunt accipere.

Sunt veri amici.

Cant. 2. v. 12.

Lucentia probatio.

Quantum amicitia bonum.

opus, ad Religiosos confidentius accurrunt, quod esse solet veræ amicitia perfrugium. Circa quod iuuat iterum citato loco Calliodorum sic loquentem excepisse: Homo sine amico non habet, cui vota, & affectus suos communicet, cui conscientia sua sinum, cui solatium suum, aut aliquid de molestiis irruentibus euaporet: solus est, qui sine amico est: verè autem solus, quia si ceciderit, non habet subleuationem. Et diuerso quantà est iucunditas, quantà securitas habere cum quo loquaris, ut tecum? Cui arcana committere? Quem in tuis secretioribus habeas, ut te ipsum? Cui plenâ securitate reuelas, &c. Et hoc quidem in Indis desiderabilius, vbi cum tot hominum diuersitates concurrant, difficile est iniqui cordis asylum securum penitus inuenire. Et hinc est, ut quod ad conuiuia spectat, nullum ingenerate remorsum debeat, quando à Religiosis, apud quos obseruantia viget, inuitantur. Quod vt faciant, qui inuitant, honestum possunt habere respectum, quod Prælatorum prudentiæ relinquendum.

CAPVT III.

De obligatione, quam habent Togati Indiarum iudices, assistendi Tribunalibus, & qualiter in officij negligenti administratione peccetur.

Litigantiù querela.

14 DICTUM de hoc Titul. præced. num. 64. & 65. Sed est, quod hoc loco vtiliter vrgeamus: audio enim litigantium querimonias, non sine veritatis suffragatione prolata, dum litium intolerandam dilationem clamant: quod satis apparet, quàm sit litigantibus onerosum. Et ego quidem de Christianâ iudicium attentione non dubito: malum tamen hoc, sine causæ intimiore cognitione, prospiciens, vt quòd possim occurrere modo.

Assertio 1. in litium protrahitio-ne grauius peccari.

Dico primò. Togati iudices tempestiuè ad tribunalia iuxta dispositionem legum, & ad secretiorem confestum non accedentes, sicque moram facientes litibus, apud eos pendentibus, mortaliter peccant. Resolutio est certissima, & iuxta omnes Doctores, cuius ratio est clara: quia officio suo, omnium in Republicâ grauiissimo & momenti maximi, non faciunt satis; ex quo damna ingentia subsequuntur. Pro quo vide P. Lessium Lib. 2. cap. 32. num. 16. Et magis in speciali loquentem Bonacinam Tom. 2. disput. 10. quest. 2. Puncto 3. num. 4. cum Syluestro, Sayro, & Nauarro. Est autem illorum ratio irrefragabilis; quia iudici ex officio cura, & onus incumbit iudicandi, & tribuendi cuique jus suum; non tribuit autem cuique suum, dum sententia, sine iusta causâ differt; quia non solum ad sententiam, sed ad eius celerem expeditionem jus est in litigante. Et ita eo priuatur sententia dilatione. Sicut iudex ipse non solum habet jus ad salarium, sed etiam ad hoc, vt suo tempore reddatur; vnde iniuriam sibi illatam dicit; si dilationem insoluendo patitur.

Assertio 2. serò ad tribunal accedentes ad restitutionem

15 Dico secundò. Præfati sine legitima causâ serò ad Tribunalia accedentes, tenentur ad salarii restitutionem iuxta proportionem defectus in muneris administratione. Id constat; quia

diminuto labore, merces etiam illius contemplatione assignata pariter minuenda. Perplures Textus & Auctores, quos adducit Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 2. cap. 24. num. 35. Et ratio est manifesta; quia cum salarium sit merces proportionata labori: labore diminuto, iam est improprio, vnde per iustitiæ regulam ad æqualitatem est reducenda. Et verò cum insoliti laboris aliquid iudici imponitur, salarii requirit augmentum, quod & tribuitur, vt si faciendum iter, aut extraordinaria commissio subeunda: quod est quidem iuxta communem Doctorum sententiam, ex quibus aliquos adducit; & sequitur P. Fragosus Tomo 1. pag. 42. num. 54. Ergo & cum diminuitur labor, diminutio salarii similiter facienda, & ita quidem iudices ipsi circa labores aliorum iudicabunt, vnde & circa se debent potius iudicare, cum sint iustitiæ patroni generaliter constituti, cuius & exemplaria esse debent, omnium oculis exhibenda.

salarij teneri.

Ex acceptioe laboris augendum illud. Ex quo arguitur.

Assertio 3. teneri etiã ad damnorum compensationem.

16 Dico tertio. Non solum ad salarii restitutionem, sed ad compensationem damnorum tenentur modo dicto in officio negligentes; sic citati pro Assertione priori, & alii adducti numero illo 64. Et ratio est manifesta; quia sunt illorum causæ, quandoquidem ea debebant ex officio impedire, ex quo obligatio iustitiæ nascitur maxime propria. Quo modo autem restituito sit facienda, diximus citat. num. Et quale esse leuamen in hoc adeò ponderoso negotio possit, etiam explicatum num. 65. Si videlicet in hoc mortalis culpa aperte non sit. Quod vrinam sic contingat. Et in Prorogibus quidem; quomodo hoc frequentius possit accidere, ibidem dictum; In iudicibus autem alia ratio est, quos neque ignorantia, neque natiuitatis magnitudo ad excusationem succurrunt: vnde timendum magis & ipsis, & aliis pro illis; qui eorum conscientias moderantur, ne omnes ruina extremæ calamitatis inuoluat, de qua vates Rex Psalm. 140. vers. 6. sic pronuntiat: Absorpti sunt iuncti perire iudices eorum. Quæ quidem postrema est versus illius pars, nec ita obuius nexus cum priore, sic se habente: Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Bum autem sic exponit Ioannes Campensis in Paraphrasi illius loci: Quando supplicium sumetur, & veluti præcipitabantur de rupibus iudices eorum; tum sententiam, quando fuisse illis saluus auscultare sermonibus meis gratiositate conditis, & à maledictencia diuersis. Sic ille. Oratio ergo non ad Dei preces, iuxta auctorem hunc, sed ad sermonem concinè aptatum ad placendum iudicibus, referenda: vt sic salutaria monita melius eorum cordibus inharerent. Quod quidem & Prædicatores, & discreti Confessarii conuenienter curare possunt, cum ad sapientes, & proceres Reipublice sunt verba facturi. Quibus, cum illi non obaudiunt, horrendis obnoxii suppliciiis relinquuntur. Absorpti iuncti perire. Ex alto quidem præcipites facti, vt celeritè ad infernum descendant, qui celeritatem in expediendis negotiis, vt eorum exigebat officium, contempserunt.

Non esse in illis rationem eandem que in Prorogibus.

Horror de pena.

Ioannes Campensis.

Prædicatores vt debeant sapientibus & proceribus loqui.

Vnde possit obligatio restitutionis emolliari, iuxta erit



probabilem dicendi modum.

Circa ſalarium diffi- cultas.

Verofimi- lius affir- matur.

Regem cir- ca illud ad- ministratione attendere, congruo monſtrati exemplo.

erit difficile rem præ manibus habentibus: vt ſi opinione vtantur fauorabili, cum poſſint alia non tali vti, & ſic grauamina aliqua tollentes, aut certe minuentes, vel aliis modis, qui non poſſunt viros ſapientes latere. Pro quo videri poteſt P. Fragoſus Tomo 1. pag. 420. num. 55. Tunc autem dubitari poteſt an ceſſet obligatio reſtituendi ſalarii; & videtur non ſine fundamento poſſe dici ceſſare illam; quia obligatio naſcitur ob diminutum laborem in litigantium commodum: cum ergo commodum idem reſulter, habetur Regis intentum; & idem habetur labor, ſi non formaliter, ſaltem virtualiter, & æquiuulenter; neque credendum eſt Regem, cum ita ſe res haberet, ita minute cum miniſtris huiusmodi adeo præminentibus acturum. Sed certe contrarium videtur ſimilius vero; quia reuera labor deſuit, quem Rex vult non tantum æquiuulenter, ſed formalem; quia hic eſt, de quo conſtare poterit, & qui ad ordinatam, & exemplarem iuſtitiam ad- ministrationem ſpectat. Nec verum eſt Regem minutiora iſta negligere, quæ verè talia non ſunt, cum ex tot defectibus, & perſonarum numero, grandis poſſit ſumma conſurgere. Vade Anno 1582. in quo facta à Gregorio Decimo-tertio reformatio Calendarii, pro decem illis diebus ſublatis in Octobri à quinto vſque ad decimum quartum incluſiue ſalarium adimi iuſſum India- rum miniſtris, in Reſcripto, de quo Dom. Solor- zanus Lib. 4. Cap. 4. num. 35. & in Politicâ Lib. 5. Cap. 4. pag. 781. *Y ſon ian eſtrechas.* Quod valde delicatum exiſtimat: ex eo tamen ſatis poteſt efficaciter reſolutio noſtra probari de reſtitutio- ne ſalarii reſpondentis decem illorum dierum ſpatio, & etiam minori. Cum enim iuxta ſala- rium Audientia miniſtris ſolui ſoluitum, quod eſt in Argentina quarta maior parte, diebus decem, centum & triginta, plus paulò minus uicè o- ctogales argentei reſpondeant; illis certè vnus po- terit miles in regio exercitu ali, & multi multipli- cata iuxta miniſtrorum numerum quantitate: non eſt ergo valde delicatum, ex quo poteſt non delicata utilitas prouenire.

CAPVT IV.

Auditores Regii Indiarum an licitè poſ- ſint Decimarum cauſas iudicare.

DE hoc dictum ex profeſſo Titul. 2. Cap. 6. Hic autem circa Audien- tias Indicas addendum nonnulla. Et ita Dico primò. Audientia Indiarum nequeunt cognoscere judicialiter cauſas decimales ad Reli- gioſos pertinentes, quando illi contendunt iuxta ſua priuilegia colonos terrarum ſuarum non de- bere illas ſoluere, ad quod tamen per ſententiam adiungunt. Quod quidem dupliciter poteſt con- tingere, vel quia directè ita iudicant; vel, quia declarant iudices Eccleſiaſticos ad præſtationem decimarum cogentes, non facere violentiam. Et colonos quidem non teneri, niſi reſpectu Reli- gioſorum, communiffima, & probabiliffima ſententia eſt, iuxta quam ſæpius Romæ, & in Hiſpania iudicatum, vt teſtatur P. Henriquez

Aſſertio 1. non poſſe iudicare, ubi de colo- norum ob- ligatione circa Reli- gioſos agi- tur.

Lib. 7. Cap. 27. num. 8. & ei correfpondenti Gloſſa Non teneri iſtos niſi re- ſpectu Reli- gioſorum. ſententia irrefragabi- lis. Lit. H. quem cum paucis aliis adducit, & ſequitur Diana Parte 2. Tractat. 1. Reſolut. 23. & Parte 1. Tractat. 12. Reſolut. 51. quibus adde P. Suarium Tomo 1. de Religione Cap. 19. à num. 13. P. Palaum Tomo 2. Diſputat. de Decimis Puncto 12. num. 10. P. Vincentium Tancredi Tractat. 1. Lib. 2. Diſp. 6. numer. 12. Vbi ex theſauro fori Eccleſiaſtici Cap. 27. à num. 73. reſert deciſionem Rotæ die 10. Decembris 1578. coram Bubalo. P. Fagundez Lib. 2. de Quinto Eccleſie præcepto Cap. 4. num. 1. Tamburinum de iure Abbatum. Tomo 1. Diſputat. 15. Queſt. 21. Laurentum de Franchis Vicarium Generalem Auenionenſem in Contro- uerſis pag. 402. Ioannem de la Cruz de ſtatu Reli- gionis lib. 2. Cap. 9. Dub. 4. Concluſ. 4. vbi varia priuilegia adducit. Horatium Mandosium Tra- ctatu de Priuilegijs ad inſtar. Gloſſa 15. numer. 4. Villalobos Tract. 33. Diſp. 2. num. 5.

19 Iam quòd cauſa præſens merè Eccleſia- ſtica ſit, conſtat; quia agitur de iure decimandi, & non tantum de facto, vt demus, quæſtionem de facto poſſe ad laicos iudices pertinere. Item de intelligentia priuilegij Pontificij agitur, quod maxime eſt à prophaniſ tribunalibus alienum: tractent enim fabrilia, fabri; prophana, laici; ſacra, ſacrati. Videantur dicta Cap. illo 6. præ- ſertim §. 6. Vnde non valet effugium, de con- ceſſione decimarum Regibus noſtris ab Apoſto- licâ Sede facta; tum propter ibidem dicta; tum etiam, quia cum de iure decimandi agatur, cog- nitio talis ad laicum non poteſt ſpectare, quod & illi ſeruentur, qui contrariæ ſententiæ acon- mios ſe fautores profitentur. Tum denique; quia quæſtio, an priuilegium non decimandi extendatur ad colonos, non eſt Indiarum ſpecialis; neque ex iudicis priuilegijs termi- nanda.

Eccle cauſa merè Eccle- ſiaſticam, nec de facto tantum, ſed etiam de iure.

20 Quòd autem etiam per viam violentiæ nequeant, ex eo oſtenditur; quia cum Religioſi probabiliorum ſequantur ſententiam, & tribuna- lium maximorum iudicij Canonizatam, vt di- ximus; ex parte eorum violentia eſſe nequit, ſi à competente iudice in ſui iuris exercitio prote- gantur. Opinio enim generalis, & ab antiquo deriuata, & præſertim, habetur pro veritate; vt cum Baldo, Cepola, & Menochio tradit Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 3. Cap. 1. num. 63. quod præſertim in cauſis ad immunitatem Eccleſiaſti- cam ſpectantibus obſeruandum eſt, cui ſemper faueri quammaximè debet, vbi de Religionis Catholica ſinceriffimâ profeſſione fideles glo- riantur; & quidem à communi opinione poſſe in iudicando recedi, quando contraria eſt fauora- bilis, & ad pietatem inclinans, docent ii, quos P. Fragoſus adducit, & ſequitur Tomo 1. pag. 447. num. 186. ergo potius communis, & recepta debet teneri, quando non ſolum de pietate agi- tur, ſed de Eccleſiæ libertate. Si ergo violentia aliqua eſſe poteſt, ex parte Clericorum erit, qui Religioſos conantur iure ſuo ita firmato priuare: ergo ſi tale quid contingat, immeritò illis Indica Audientia fauebunt, & conſequenter non poteſt cauſa iſta ad eas auocari, cum nequeant earum iu- dices, qui vt violentiæ diuerſores aduentur, vio- lentiæ patrocinari, & iis cõtrarios ſe exhibere, quibus fauere legibus diuinis, humaniſque tenentur.

Neque per viam vio- lentiæ auo- cari poſſe.

Antiqua & recepta opinio pro verita- te habetur.

A commu- ni recedi poteſt in iu- dicando, ſi conſeruat pietatem.

Validus diſcurſus contra re- cuſum per- vian vio- lantia.

Excom- municatio ob mortale tantum poteſt pec- catum ſul- minari & ita minime contra pro- babilem opinionem amplectum.

Conſilium Caſtelle ſupremum cognitio- nem dicta- rum cauſa- rum ab- ſoluit

P. Henri- quez.

Quod non ſequi indi- cas Au- dientias nequit eſſe laudabile.

Tribuna- lium infe- riorum ex-

21 Sed demus opinionem, quæ Eccleſiſ fauet, eſſe probabilem, & praticari poſſe, non idè ſequitur circa violentiam poſſe Audientias interponi. Quod contingere poteſt, ſi Coloni, aut Religioſi ipſi ad eas recurrant, eò quòd iu- dices Eccleſiaſtici decimarum eas ſolui compellant, in quo violentiam ſe pati querantur, cum ius ipſis ad non ſoluendum aſſiſtat. Si enim tunc iudices violentiam non facere declarent, eorum declaratio iniurioſa conuincitur. Nam vel Eccleſiaſtici violentiam non faciunt repetentes decimas coactiua manu, & forſitan armata, iniucis, & reſiſtentibus prædiorum colonis, aut fortè etiam Religioſis: quæ violentiæ nihil violentius eſſe poteſt, cum modus ille alienus valde ſit ab Eccleſiaſtica moderatione, & iniuſtitis manifeſtis obnoxius; cum & ſic repetentibus conſtare non poſſit decimarum quota, quæ fructibus natura- libus, mixtiſue reſpondeat. Aut non ſit vio- lentiæ cenſuris Eccleſiaſticiſ ad ſolutionem cogendo: in quo etiam eſt error apertus: nam cum opinio valde probabilis Religioſis, & eorum colonis faueat, & ita illas retinendo non peccent, nequeunt cenſuris Eccleſiaſticiſ niſi per ſum- mam violentiam moleſtari. Quod quidem receptiſſimâ omnium eſt doctrinâ conforme, iuri, & rationi ſubnixæ, iuxta quam cenſuræ, & ex- communicatio, quæ in his cauſis ſola eſt ſolita fulminari, peccatum præſupponunt: & hæc cum major eſt, mortale, iuxta ſententiam veriorem, pro qua auctores congerit P. Palaus Tomo 6. Diſp. 1. Punct. 7. Quod & clarè colligitur ex Conci- lio Tridentino ſeſſione 25. cap. 3. de Reformatione. Et præſertim, quòd contra eum, qui opinionem probabilem ſequitur, non poſſit pœna conſtitui, & ea præſertim, quæ omnium maxima eſt, ſcilicet excommunicatio, & communis etiam eſt Doctorem aſſertio, pro quâ videri poteſt Ioan- nes Sancius in Selectis Diſp. 45. num. 72. & Diſp. 48. num. 53. Diana Parte 2. Tract. 2. Reſolut. 93. Dom Solorzanus ſupra numer. 62. & in Politicâ Lib. 4. Cap. 1. in fine & alij.

22 Factum hinc, vt ſupremus Caſtelle Senatus cauſam iſtam ad Eccleſiaſtica tribunalia remiſerit, vt teſtatur P. Henriquez ſupra illis verbis: & cum cauſa hæc fuerit agitata Romæ, & apud multa Eccleſiaſtica tribunalia in Hiſpa- niâ ad quæ Senatus Regius ſupplicatur ſemper cauſam remiſit. Ita ſemper pronuntiatum eſt in fauorem Societatis, & colonorum, vt Salamanca Anno 83. & Baæze & Tridenti, ſeu Murcia, adductisque exe- cutorialibus Pontificis mandatum eſt executioni, atque id ſpeciale priuilegium confirmatur ſententia rei, iu- dicata eſſe priuilegium reale. Sic ille. Et executo- rialia quidem ad Murcianum Collegium ſpe- ctantia à me perlecta, quæ authentica in Colle- gio Platenſi aſſeruantur, Et exemplum quidem ſupremi Conſilij Audientias indicas non ſequi laudabile proſectò eſſe nequit, quando Aucto- res non ſolum id, vt conueniens admonent, ſed obligationem aliquam recognoſcunt, iuxta ea, quæ tradunt illi, quos adducit, & ſequitur Pa- ter Fragoſus Tom. 1. pag. 448. num. 193. qui cum alijs n. 194. bene aſſeruit de ſententijs iudi- cum minorum aliam eſſe rationem & ita parum curandum de illis ad cauſarum deciſiones. Quod quidem in cauſa præſenti licet obſeruaffe. Cum

Theſauri Indici Tom. 1.

enim Limana Audientia non facere vim iudicem decimarum Eccleſiaſticarum contra Colonos Religioſorum procedentem, declarauerit, Argenti- na oppoſitum omnino cenſuit, & pro eo Pro- uiſiones ſatis roboratas Regio nomine geminauit.

23 Dico ſecundò. Cum de nouis decimis ſoluendis agitur, non videtur quomodo Audien- tia Indica poſſint cauſas huiusmodi ad ſe auo- care. Et quidem per L. Regiam 6. & 7. Tit. 5. lib. 1. Recopilat. tales cauſas ad ſupremum Con- ſilium auocandas ſtatuitur, de quo latè Cour- ruuias in Practi. Cap. 35. num. 2. v. Quarto. Et Bo- bauilla in Politicâ lib. 2. Cap. 18. num. 148. alios adducens. Indiarum tamen Audientia adhuc de eiſdem cognoſcunt, prout quotidiana praxis o- ſtendit, & in Limanâ, & Argentinâ Cancellaria ſæpè in litibus emergentibus factum ſe vidiffe teſtatur Dom. Solorzanus Lib. 4. c. 3. num. 26. & in Politicâ lib. 5. Cap. 3. pag. 765. §. Lo Quinto. Et earum ſententias ſupremum Indiarum Sena- tum confirmaffe. Et per hoc ait ceſſare poſſe ſcrupulum, quem cum eſſet Fiſcalis Argentinus, ſe habuiſſe teſtatur D. Franciſcus de Alſoro Tract. de Officio Fiſcalis Gloſſa 24. num. 2. & 3. ſed certè ad euellendum ſcrupulum præſata non ſufficiunt. Quidquid enim de ſupremo Conſilio ſit, Indi- carum Audientiarum praxis non tantum videri- tur habere ponderis, vt contra Eccleſiaſticam libertatem eiſdem poſſint ſententiæ præualere. Vt enim num. præcedenti diximus, inferiorum tribu- naliſ ſententiæ non vrgent vi exempli. Non eſt enim iudicandum prout iudicatum fuit, ſed quid ſit iudicandum, oportet diligenter inueſti- gare L. Sed licet, D. de Officio Præſidis, de quo præci- puè agit Baldus Caſtillo 234. Quod autem Senatus Indiarum ſententias confirmari, non planè con- cludit, quia illi in hac parte valde contradicunt; & licet Cauſarum decimarum iudicium aſſum- pſerit, circa hoc ipſum validæ ſunt impugnatio- nes inſtructæ. Cum ergo ad tollendum ſcrupu- lum nihil præterea ſit, quod & à Domino Alſo- ro bene viſum, erat enim vir prudentia, eru- ditionis & experientia ſingularis, & nihilominus eò identidem vrgebatur; alia proſectò tenenda via, quæ ſcrupuloſa non ſit, & eo præſertim ſcrupu- ligenerè, quod in materia adeò Eccleſiæ o- dioſa verſatur.

empla non cogunt.

Aſſertio 2. Idem ſta- tuens cum de nouis decimis ſoluendis agitur.

Contraria praxis, ſed non ſolida huc vique ſumata.

Per exem- pla non iu- dicandum.

Valida ratio ex eo quòd eſt queſtio iu- riſ, & non tantum facti.

24 In quâ etiam pro Aſſertione eſt ratio manifeſta: quia cum de nouis decimis agitur, quæ ad laicos, ipſiſmet fatentibus, ſpectare ne- quit. Quod ſic oſtendo: nam quæſtio non eſt an ſoluerint; cum id euident ſit, & ex terminis conſtat; cum dicatur eſſe quæſtio ſuper nouis decimis: ſi ergo nouæ, non antea ſoluebantur. Ergo quæſtio eſt an debeant ſoluere: & ita de iure exigendi illas, quod ſpirituale eſt, vt pote in miniſterijs Eccleſiaſticiſ fundatum propter quæ miniſtris ſacris eſt debita ſuſtentatio; vt eſt communis Doctorem ſenſus & explicatio. Vi- deantur P. Azor. Part. 1. lib. 7. Cap. 25. §. Ex his colliges. P. Fagundez ſupra Cap. 5. num. 8. Diana Parte 1. Tract. 2. Reſol. 92.

25 Id tamen non negauerim, ſi alicubi to- lerabilis prædicta praxis eſt, Indiciſ in regionibus præſertim permittenda, ſicut & alia decimarum fauorabiles. Tum, quia ubi eas Indi ſoluunt, ve- rationibus

In indiſſi: 1. praxim di- citur ma- gis poſſe per- mitti.